

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Auszüge, Abschriften und Originalbeiträge zur Gelehrten-, Kirchen- und politischen Geschichte bes. der Pfalz - Cod. Karlsruhe 576

Schmidt, Wilhelm Joh.

[S.l.], [17. bis 19. Jahrh.]

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-326150](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326150)

81
ORATIO

34.
IN NATALEM

Serenissimi Principis ac Domini Domini
CAROLI LUDOVICI, Comitis Pala-
tini ad Rhenum, S. R. I. Electoris et
Archithesaurarii, Ducis Bavariae. &c.

Quadragesimum et quintum

Habita

d. 22. Decembris, ANNO MDCLXXII.

À

Johanne Philippo Extero Sebustienfi
Scholae Nicinae alumno,
Classis secundae discipulo.

ALTO

ALTO

ALTO / ALTO / ALTO

ALTO

ALTO

ALTO

ALTO

Non miror, Auditores clementiâ, genere, dignitate, viz
 Tutibus conspicui, Hospites omnium ordinum gratissimi,
 cum vestros admiratione in me defixos conspicio oculos, haud
 sine ratione dubitantes, qua me audacia transversum abri-
 puerit, aut quis fastus mentem occupaverit, quod quasi omni-
 bus verecundia legibus solutus hoc ipso tempore in vestrum
 prodire conspectum, imò verba facere, vix fari edoctus, sustine-
 am. Fateor non solum, si Pythagorae in hoc nostro ludo ob-
 tinerent leges, mihi etiamnum intra silentij quinquennium
 subsistendum, atq; cum Harpocrate labia comprimenda esse:
 sed et, quamvis, illas ceu nimis rigidas veterum damna-
 rit calculus hodieq; adolescentibus illud Socraticum inge-
 rat, Loquere ut te videam, nihilominus plures facendi
 quam loquendi rationes suppetere seu propriam ignoran-
 tiam seu vestram prudentiam seu ipsum dicendi tempus
 et argumentum paulò accuratius perpendenti confiteor.
 Atamen absolvet à temeritatis crimine tum superiorum
 mandatum quorum jussu nunc oculis vestris me sisto, tum
 ipse trium literarum tyrannus, quibus ut reluctari impium,
 sic morem gerere primum ac probum decere discipulum haud
 ullus ibit infitias. Antiqua videlicet consuetudo quae omnes
 Serenissimi Electoris Domini nostri Cle-
 mentissimi in schola Nicrina alumnos, hanc ipsam die,
 qua novo cumulantur beneficio, publicè gratitudinis
 memores esse jubet, ac pro Celsitudine suâ devotas
 fundere preces, me ex illorum numero delectum hanc
 sede

sede impresentiarum locavit, atq; hoc pietatis officium ex,
equi voluit. O utinam vires votis, aut effectus affectui
responderent!

Morem Natalitia agitando festa in honorem Virorum
illustrium quos aut majorum dignitas aut propria virtus
supra communem sortem evexit, quasi continuâ quadam
serie durasse perpetuò vel illis constat qui saltem à limine
historiarum salutarunt monumenta. Lini nec Persa-
rum Annales nec aliarum gentium ad censum revocabo
quò fidem dictis adstruam, solos Romanos spectabo.
Annon de his gravissimi referunt authores quò Calendas
Martias quo die natum Romulum credebant solenniter
recoluerint, Nonas item Januarias, quò eà die Servius
Tullius in lucem editus existimaretur? Annon Julio
Caesari sua instituta fuerunt Natalitia, sua item
Augusto, sua quoq; Imperatoribus alijs? Imo ipsi Sacratif-
simi Imperatores Valentinianus, Theodosius, et Arcadius
non sine justissima causa ferijs ceu suos annumerant dies,
qui vel lucis auspicio vel ortus imperij ipsis protulerunt.
Quis itaq; non utroq; pollice probet et nostram in hâc lege
observanda piam sollicitudinem, quibus hunc diem, qui ante
octo circiter lustra Serenissimum Electorem, Doctum
nostrum Clementissimum felicibus auspicijs in lucem
edidit, ingrata oblivione transigere religio est? Gratum sa-
ne divina providentiae beneficium hoc ipso die recognoscimus
qui Patria Patrem, Ecclesiae Alumnū, Scholae Nutritium,
imò

imò nobis omnibus optimum Principem dedit. Non libet nunc
in amplissimum evagari compum hujus Magni Principis
virtutum, faciant id alij quibus licet esse tam disertis;
nec animus est splendorem antiquum hujus Illustrissima
Domus, majorum præclare gesta ac familia delineata
verbis vobis proponere, sit id aliorum, quibus ex officio id incu-
bit, negotium: Id unicū mihi nunc dicendi argumentum
sumo, quod malim verbis Apostoli quam meis percipiatis
sic ad Timotheum scribentis:

Ἡ ἀρχαὶ αὐτῶν ἐν πρώτων πάντων ποιήσας δευτέρως, 1. Timoth: 2. v. i. 2.
προβουλάς, ἐνδεύσεις, εὐχαριστίας ὑπὲρ πάντων ἀνθρώ-
πων: ὑπὲρ βασιλέων καὶ πάντων ἑσῶν ἐν ὑπεροχῇ
όντων. ἵνα ἡρεμον καὶ ἡσυχίαν βίον διαΰνηεν ἐν καὶ
εὐσεβείᾳ καὶ σεβασμῷ.

Qua in Latium translata sic habent:

Adhortor igitur ante omnia, ut fiant deprecationes,
preces, interpellationes, gratiarum actiones: pro quibus-
vis hominibus: Pro Regibus et quibusvis in eminentia consti-
tutis: ut tranquillam ac quietam vitam degamus cum omni
pietate et veneratione.

Nihil sanè aliud hæc gravissimâ adhortatione intendit Di-
vus ille Gentium Doctor, quam nobis omnibus ex officij ratione
persuadere; Preces et vota uti pro omnibus hominibus ita in
specie pro Magistratibus haud negligenda esse. Quod quam-
vis suâ luce radiet ac ulteriori probatione, apud equos re-
rum aestimatores, haud egeat, nihilominus, cum nullo unquâ
tempore homines partim ἐν ζῆλον καὶ ἰσχυρῶς ἰσχυρῶς
τοῦ κατασκευασθέντος (ut cum Apostolo circumcissionis loquar)
partim

partim nimis ex eorum honoribus ac de aliorum prosperitate
te superne invidiosi defuerint, liceat pace vestra, Auditores
omnium ordinum spectatissimi, impraesentiarum breviter illo-
rum insistere vestigijs non prosequendo sed persequendo, atq; ra-
tionibus Apostolicis constrictos ad saniorum mentem (si modo ul-
la hujus mica ipsis superest) revocare.

Interim favete linguis ac pro prudentia vestra pueriles cor-
rigite lapsus, cassitantem erigite, ac vestra benevolentia
favonio vela facientem in portum reducite.

Antiqua est calumnia Christiano nomini à Gentilibus ex odio
religionis imputata, quasi genus hominum superstitionis nova
ac malefica (uti Suetonio pro pudor! dicuntur) præter
alia occulta scelera Deorum hominum, contemptores suo saltem
indulgerent genio ac populum ab obedientia superioribus
debita averterent, sentiones cicerent, rempublicam in re-
publica constituerent, adeoque salva Reipublica salute salvi
esse haud possent. Hinc quicquid istorum delirabant Reges
ipsi seu miseri Achivi plectebantur, atq; tanquam publici
dij victimæ ad necem postulabantur. Quoties non sub
hac specie in eos fovendi quaesita occasio? Persecutionum
sub Decem Ethnicis Imperatoribus historia id abundè testan-
tur. Notum est Veronem monstrum hominis verius quàm
Imperatorem cum ignem tectis Romanorum subjici præcepisset,
lato deflagantis Ilj gavisus spectaculo, sicq; urbem
maximam partem in cineres redegit, Christianos seu
hujus flagitij authores detulisse, ac gravissimis questionibus
vexatos tandem extremo supplicio affectisse. Nec abfinites
Domitiano

Domitiano, Trajano, Decio, Diocletiano alijsq. captata occasio,
 nes afflictis afflictionem addendi atq. obsecram cui ubiq. loco,
 rum contradicebatur populo invidios, ceu lucis usura indignos,
 vitâ privandi. Itaq. Apostolus, qui maximâ sollicitudine curam
 omnium Ecclesiarum gerebat, sumopere cavuit ne et hac in par-
 te veritati suam deesset patrocinium. Quid enim quors ali-
 quid intendit dum Magistratum Dei ministrum ac potestatem
 à Deo ordinatam vocat, cui necesse sit propter conscientiam
 subijci, quam ejusdem dignitatem asserere, ac obedientiam ei-
 dem ab omnibus præstandam ex officio commendare, quamvis tum
 temporis omnes ferme qui nomine Magistratus venire pote-
 rant, hostes essent Christiani nominis infensissimi? Morat
 quippe et se olim Profide Felice, actore Tertullo huius crimi-
 nis subijisse invidiam ac ut hominem seditiosum publicè tradu-
 ctum, et apud alios quoq. hoc præjudicio gravatos, Evangelio
 currenti hoc ipso obicem poni. Imo quid aliud quarit, dum præ-
 ces pro Magistratibus ceu necessarias præcipit, quam hunc ipsum,
 omnium animis eximere scrupulum, docendo; Tam longe abesse
 ut Christiani supremas potestates vel theoriâ vel praxi subver-
 sum eant, quam procul absit per regimen Christi spirituale aut
 Herodem regno privari, aut Casarem (non obstante contrariâ
 Phariseorum determinatione) throno dejici. eos enim, pro quor-
 um incolumitate nos Apostolus vult in precando assiduos
 esse, simul quoq. pari studio colendos, honorandos, diligen-
 dos, quis dubitet? quis ambigat?

Perpendamus paulo accuratius gravissima Moniti Apostolici
 verba, licebit id quod dico, vel me tacente, colligere. Gemi-
 num illa objectum materiale, in precibus probe observan-
 dum, omnibus vere pietatis studiofis ferio inculcant. Quo-
 rum

rum illud generale cunctos homines spectans; hoc speciale
gradu inter eosdem gaudentes eminentiore concernens.
Omnium hominum vult nos, precibus intentos, curam gere-
re idq; ante omnia: Legem sic charitatis erga proximum
in memoriam revocans, atq; insuper diligens precandi exer-
citiū commendans. Uti enim nemo adversus eum inimico esse
potest animo pro quo deprecationes facit, sic certum est hostes
quos diligere, haud postremam, Servatoris vestigia preme-
tium, regulam esse. Nihil enim ita doctrinam commendat,
(verba sunt disertissimi Nova Roma Episcopi) nihil magis
eius vires infiruat, quam huiusmodi charitas. Considera
cujusmodi sit eos diligere qui insidijs appetunt, qui flagel-
lant, qui undiq; exagitant, qui deniq; necant, dum hi, qui
ista patiuntur, Deum pro his ipsis qui talia patrant inten-
sissimis orationibus pulsant. Vides ut superiorem omnibus
Christianū evadere velit? Fatemur in Xpobros supra
id evidens dulcissimi Servatoris cuius vestigijs insistere te-
nemur, postulare exemplum, requirere mandatum: Nemi-
nem excludi à præcepto, quod nos omnes jubet fraterna cha-
ritate præditos esse, non reddentes malum pro malo, aut con-
vicium pro convicio, sed contra benedicientes! At si Tu
hodie multorum obires fores, lustrares ades, visitares catus,
quam paucos deprecantes at imprecantes quam plurimos esses
inventurus? Vult Apostolus pro quibusvis hominibus precan-
dam esse: Nonne plurimi hoc cū supervacaneū rejiciunt,
vix sui ipsius multo minus aliorum in precibus memores?
Audiant illi prædictam sacrae eloquentiae præfulem gra-
visimè huiusmodi exhortis in Logulo Antiocheno objurgan-
tem: Nec mihi (inquit) illud dicas frigidum verbum, qua
verò

vero mihi cura est. cum ipso comune habeo nihil. Cum diabolo
 solo comune nihil habemus, cum omnibus autem hominibus mut,
 ta habemus communia. Eisdem enim nobiscum natura participes
 sunt, eandem habitant terram, eisdemq; aluntur nutrimentis,
 eundem habent hominum, easdem ceperunt leges, ad eadem nobiscum
 bona invitantur. Ne igitur dicamus quod nihil comune cum
 ipsis habeamus. Satanica est ista vox: Diabolica inhumanitas.

Notabile etiam est Apostolum non simpliciter hoc precandi
 studium fidelibus commendare ceu utile et conveniens eorum pro,
 fessione vel ut alias obsecrans eos ad officium faciendum cohortari,
 sed quasi per celestium quoddam eorum excitare diligentiam
 dum vult id ante omnia fieri. Quo non solum summam huius
 operis necessitatem designat, sed et simul indicat id uti priva,
 tim maxime urgendum, ita nec publice ullatenus negligendum
 esse. Siquidem νεωτων τελευτων (Chryostomo et Theophylacto
 Interpretibus) idem est quod εν κοινω κρηνην δελεσιας s. in cultu
 quotidiano perpetuoq; divina religionis ritu. Ergo preces sua,
 vixima illa δυναμικα τελετη in Apocalypsi vocantur) haud
 postremam publici cultus partem esse hoc ipso dilucide expo,
 nit, atq; Apostolica auctoritate omnibus mandat, ut ante omnia
 precu rationem habeant, atq; diligenter Servatoris parabola
 ruminent qua ostendit quod oporteat ipsos semper orare nec
 in precando segnes esse.

Haud quoy negligenda diversa precu species quas Apostolus
 commemorat. Quamvis enim nonnunquam promiscue usurpe,
 tur, licet tamen ex usu Sacrorum literaru aliquam earu
 dem observare differentiam. Δεησις igitur s. deprecatio est
 supplicatio qua offertur pro liberatione à rebus tristibus;
 Προβουλη

Προβρον f. oratio petitionem bonorum designat. Ένδουβ f. in
Fergellatio, accusationem notat impię agentium, injuriam in-
ferentium, et eorum quorum perversitas nec verbis nec verberibus
corrigi aut in melius mutari potest. Deniq, Εὐχαριστία f. gra-
tiarum actio, gratam divinorum beneficiorum commemorationem
ac laudum sacrificia Deo jugiter offerenda apertissime indi-
cat. Hoc discrimen ulterius probare atq, per inductionem
exemplorum declarare, nec vestra, Auditores humanissimi,
patientia permittit, nec instituti ratio concedit: Suffici-
at ex Apostolo singulorum observare necessitatem maximam,
utilitatem sumam. Deprecationum primo loco mentionem fa-
cit, nec abs re. Noverat enim fidelium in hoc mundo vitam,
militie simillimam esse, undiq, illis pericula creari, hinc data,
nam illis infidias struere, illinc mundum eorum imminere simpli-
citati, ut eos, calliditate sua, seducat, ac, delictis allectos, in
caves pertrahat. Accedere hostem domesticum, eo magis metuen-
dum quò difficilius caveri potest, ne vel blandiendo pro ami-
co fallat, vel repentino impetu citius feriat quam collimare vi-
sus sit. Hęc Deprecationes vult opponi ne eorum iteratis oppugna-
tionibus expugnemur, aut ultra posse tentemur, sed potius eo-
rum petitiones in nos coniectas comoda destinatione effugia-
mus: Adeoq, sint licet foris pugnae et intus metus, per eum
qui nos corroborat omnia valeamus. Deprecationi orationes
subjungit, haud obscure indicans omnium quò spiritualium
quò corporalium bonorum copiam ex scaturigine aquarum per-
ennem hauriendam, ac sapientiam desideranti eam à
Deo petendam esse. Orationibus Interpellationes subicit. Vin-
cet enim fidelibus et cum Jeremia in latebris flere, cum
vident

vident alios sponte sua in perniciem ruentes, et simulcū eodē
 ultionem contra profanos persecutores à justissimo Iudice
 flagitare. Animas audite eorū qui mactati fuerant propter
 verbum Dei magna voce clamantes: Uly, quo Domine, qui
 sanctus es et verax non iudicas et sanguinem nostrum vindicas,
 eum regnando ab ijs, qui habitant in terra? Has vero Inter-
 pellationes insuper Grates pro beneficijs acceptis merito referē-
 da, excipiunt. Nulla enim Oratio nostra gratiarū actione
 destitui debet, cū tantus sit divinae clementiae erga nos
 affectus, tanta benignitas, tot beneficiorū cumuli, ut qua,
 qua versum oculos reflectentibus, innumera gratias agendi cau-
 sa occurrant nosq, cū Davide nunquam non dicere cogant:
 Quid rependerem Jehovah? Omnia beneficia eius superat me.
 Percepistis mecum, Auditores humanissimi, quam serio Divus
 ille gentium Apostolus omnes adhortetur ut pro omnibus et ante
 omnia precibus assidue sint intenti, deprecando, supplicando,
 obsecrando, gratias agendo; quam hoc ipso fervens desideret in
 ipsis charitatis exercitium: Nunc quoq, quam graviter, quos-
 vis in eminentiā constitutos, eorundem comendet precibus,
 itidem cognoscite mecum. Nam ut omnis absentationis suspicio
 tolleretur (sic acutē pro more Chrysostomus) cum praemisset
 pro omnibus: tunc demum, pro regibus addidit. Si enim tantum
 pro regibus dixisset, fortassis non deesset qui adulationis gra-
 tia illum ita scripsisse putaret. Quō, ergo hanc erimi-
 nandi ansam calumniatoribus praecideret, sollicitē curavit,
 ut sic comunem erga omnes affectum, peculiari erga Magistra-
 tum (cui potestatem à Deo ordinatam) amori sociaret, ne officij
 rationem ullatenus neglexisse videretur. At enim eadem curā
 vult

vult nos, orationi vacantes, Superiorum in specie, Regum puta,
et quorumvis in eminentiâ constitutorum, memores esse, quâ
omnes indiscriminatim complectendos antea præceperat. Et quâ
nam consequens esse cernebat ut Christianorum, tunc temporis sub
Ethnicis Imperatoribus adeoq. Hostibus Ecclesie viventium, a-
nimus ad ista torpesceret, neq. huiusmodi admitteret monita,
siquidem pro gentilibus, publici cultus tempore, preces portaret
offerri; non sine causa rationis pondus adiunxit, ut ex confide-
ratione lucri admonitionem facilius libentiusq. susciperent.
Ut quietam (inquit) et tranquillam degamus vitam. Ac si di-
cat uti olim Jeremias preces pro Babylonis suadens, in illo-
rum salute securitas nostra consistit, eorum prosperitas nos
quoq. ejusdem felicitatis participes reddit. Deus enim utilita-
ti comuni huiusmodi destinavit imperia ac principatus insti-
tuit. Quam igitur absurdum est, (Chrysostomi rursum liceat
uti verbis) cum illi idcirco militent et arma circumferant,
ut nos in tranquillitate atq. otiosimus, nos periclitanti-
bus, ac nostri causa labores suberantibus, precum denegare
auxilium? Id enim verè auxilium dixeris, quod toties præ-
sentissimam attulit opem. Loquatur ille cum Antistes
divinum nomen invocantium, cuius precibus fulmen Philistæ
os fudit ac maximâ plagâ affecit. Prodeat Melitina
Romanorum Legio ab eventu x̄xx̄v̄v̄o βόδοβ̄ f. fulmina,
Trix dicta. Hujus supplicatione publicè spectante toto exer-
citu factâ, Marcus Aurelius Imperator gloriosissimâ
victoriâ et omnibus penè antiquorum titulis præfere-
dam, rudi parvog. militum numero sed potentissimo Christi
auxilio, a Mariomanis, Quadis, Vandalis, alijsq. maximas
Germanos,

Germanorum copias constituentibus, reportavit. Cum enim exercitus eius extremam affligeretur siti, preces istorum et imbrem largissimum ad refocillandos Romanos et fulmina quoque ad ferrendos Barbaros, caelo deduxerunt; quorum terga Romani ad internicionem usque cadentes non solum se presenti exitio subduxerunt, sed et gravissimum bellum uno quasi memento profligarunt, sincere victores. Hoc encomium licet Christianorum precibus Gentilium scriptores denegent, vel ad Imperatorem referendo (uti Julius Capitolinus) vel alto silentio factum premeendo, non desunt tamen quorum pietas illorum invidia refutet quos inter Iustinus Philosophus, Eusebius satis notus Historia Ecclesiastica scriptor, Nicephorus, Tertullianus, Origenes aliique haud postremo loco nominandi.

Faceret itaque profana quorundam negligentia dicam an impietas, qui haec pro Magistratibus, tanti momenti preces vel cum supervacaneas rejiciunt vel sine cura frequentant. Indigni sunt ad quos ulla, ex eorumdem pacifico regimine redierunt bona, redeat utilitas. Judicate Vos, Auditores prudentissimi, anne absque piaculo et detestando ingratitude vitio, preces tam serio procepta, tanto studio a fidelibus etiam pro impijs Regibus frequentata, tantorum beneficiorum fructibus comprobata, ullatenus negligi queant? Videamus sane non solum Utriusque Instrumenti Ecclesiam singulari precum pro Magistratibus etiam, fervore accensam, sed et Gentiles; naturali Lege ductos, certatim Quis suis pro Imperatorum incoluntate vota facientes. Quid quod Psalmus vigesimus, aliud continet quam ardens populi Israelitici pro Rege suo in bellum proficiscente votum? Quid

Quid itidem septuagesimus secundus, quamvis typicè Serua,
forem respiciat, aliud exhibet quam preces calido pectore Iudas,
Salomonem regni habenas capessentem, Deo J. C. M. comen-
dantes? In Novo foedere memorabile est Tertulliani de
primitivâ Ecclesia testimonium: Precantes (inquit) sumus
semper, pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam,
imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, senatû
fidelem, populum probum, orbem quietum: quacumq; homi-
nis et Caesaris vota sunt. Hoc paripietate continuatum
deinceps, etiamnum omnibus Hierosolymorum pacem quare-
tibus maximè solenne est. Dies me deficeret, Gentilium si
vellem producere vota, passim illa apud Historicos occur-
runt, ac cuivis legenti obvia sunt. Ad Deo ex illis, qua bre-
viter hactenus dicta, satis patet, verissimè esse, id quod
probare institueram, preces et vota, uti pro omnibus hominibus,
sic et pro Magistratibus nullo unquam Tempore negligenda esse.
Absit igitur ut quisquam nostrum, Auditores optimi, ho-
die vel ignoret quid sit sui officij, vel negligat. Hæc est illa
dies qua magni confusa partus Serenissimû Electorem
Dominum nostrum Clementissimum ante aliquot
lustra in lucem edidit: Quid aliud quam preces et vota
requirit? Annon omnium voces et suspiria suo quodam jure
flagitat? Nemo nunc absq; ingratitude criminis xwçov
negotiorum agere potest. Nec de vestra pietate, ullus du-
bito, Auditores humanissimi, sic ut malim tacitâ veneratio-
ne et prono cordis affectu, vestra vota sequi, quam Vobis
verba (quod Pontificis esset) ad preces præire.

CAROLÉ LUDOVICÉ Maxime Princeps, DEUS TE ser-
vet! DEUS TE nobis largitus est, DEUS conservet! Felices
nos imperio Tuo, felicem Rempublicam! Et vnum maneat hui
dies qui TE nobis dedit! Hunc ego et gaudijs mentis, et ver-
borum honoribus, per multos annorum recurfus Vobiscum
opto celebrare.

DI. XI.